Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26458
Copyright: Admont, Benediktinerstift



iste unus. quod deus est et homo. omnimoda sci-
tate specialis et precipuus. dicitur micheas filius
iembla. Congruunt illi hec nomina.
interpretatur enim micheas. quis est iste. iem
bla filius plenitudinis. Magnus erat deus.
et humilis apparuit. cui pertinaci sup
bia iudei audita prudentia et sapientia
eius insultantes dixerunt. Quomodo hic litteras
scit. cum non didicerit. Nonne hic est filius fabri.
Est et filius plenitudinis. plenus inquam gratie et
veritatis. in quo inhabitat omnis plenitu
do diuinitatis corporaliter. Remansit
inquit synagoga uir unus. i. xpc. qui non
conuertar et credam in eum mortem minan
do intentauit. hoc est qualis sententia
peccatum consequatur iam dudum prescripsit. et ic
circo non credam in eum neque diligo. sed semper odio
55 habeo. Cui iosaphat ait. Ne loquaris
55 ita rex. filii nempe ecclesie abhominantur
eos. eo quod filium dei a se repellendo indig
nos se eterne uite iudicauerunt. et tem
pus uisitationis sue cognoscere nolen
tes magis temporalem gloriam quesierunt.
ocauit ergo rex israel quendam eunuchum et
55 dixit ei. festina adducere micheam filium
iembla. Per eunuchum hunc ordo sacerdo
talis accipi potest. quia quasi eunuchi ha